

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 4 *

- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennebergeri
 II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
 III. Venie de Christo recens nato Joachimi Flemingi.
 IV. Lessius Cesareus Cyriaci & Herdesiani ^{sup} obitum Rudolfi Imperatoris
 V. Soteria Dr. Johanni Georgio Saxonum Ducis Academie Wittebergensis.
 VI. Votivus applausus Dr. Dr. Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalbini
 suscipienti Friderici Theodore Gorlici.
 VII. Teos quod rursum evocata ad Dr. Augustum Principem Anhaltinum Flemigii causa sua
 vestam iheresum M. Petri a Fera.
 VIII. Epitulam M. Marci Friderici Werdelius
 ad Dr. Augustum Ducem Brunsvicensem.
 IX. Epitulam ad eundem principem Iohanni
 Cremeri.
 Elogia Gregorij Bersmanni Rudolphi Princi-
 pi Anhaltino sponte scripta.
 X. Teos quo uterque Dr. Rudolphi Princeps Anhal-
 tino scripta a Collegis schole Serventare.
 XI. Epicedium in obitum Dr. Rudolphi Princeps An-
 haltini Abrahami Cremeri.
 XII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
 XIV. Euerela Saravontonis et Bionae.
 XV. Gregorij Bersmanni in pontem sublimam
 defrauensem Carmen Iacobius M. Cremeri.
 XVI. Joachimi Flemingi Sicular Scholasticum.
 XVII. Abrahami Vbuci Diagraphe Laboris
 Scholastici.
 XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio
 imposita.
 XIX. Typus Depositionis Scholasticae Fri-
 derici Widebrani.
 XX. Bulla et amuletum M. Blocy.
 XXI. Orationibus Dr. Danielis Bliesardi.
 Dr. Johannis Christophori Hartmanni. Dr.
 Philippi Neudlingeri. Dr. Matthaei Coleri
 Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Gobenii Copperij
 post Magisterij eutum pronunciata.
 XXIII. Exequiae eorum Cerevisie Servente
 ne Daniellis Berckingeri.
 XXIV. Desortatio a Latennijs.
 XXV. Germania ad Principem epistola Attil:
 Martino Praetorio.
 XXVI. Votum Schole Veraliensis.
 XXVII. Teos quod rursum ad Dr. Johannen Sturium.
 XXVIII. In honorem Magisterij Dr. Johanni Cremeri.
 XXIX. Triginta Feyerum M. Christiani Galli
 Italo-Saxonis.
 XXX. Adamus Forsterius Friderici Stro-
 nis Ernesti Wulstorfii.
 XXXI. Etiam
 XXXII. Juvenum 37. M. Theophilus Careissen
 XXXIII. Iohannis Cremeri.
 XXXIV. In honorem Notariatus Valentin
 ni Gelani.
 XXXV. Strena anagrammatum quadrifida
 Christophori Heroldi.
 XXXVI. In auptias Dr. Wolfgangi Falagi
 4. V. D.
 XXXVII. Ejusdem Iohanni Thilo
 Nicolai Maij.

A.S. L.

an 45

Sacrum Nuptiale,
M. GEORGII THEODORI,

Reverendi & Doctiss. Viri

Dn. BALTHASARIS Primarij
in Ecclesiâ Gorlic. Ministri per annos

undetriginta meritissimi p. m. F. &

Ecclesiæ Friederstorffianæ Pasto-
ris fidelissimi,

SPONSI,

&

pudicissimæ Virginis

MARTHÆ,

Integerrimi Viri

MARTINI GERLACHII

civis Gorlicensis, filiæ,

SPONSÆ,

Addiem 8. Jan. An. 1618. celebratum, & Fautorum,
amicorum & propinquorum gratulationibus
exornatum.

GORLICII

IohannIs RhaMbæ typI eXCV Debant.



Quid tibi, S P O N S E, precer⁹ tibi pau-
ca, ast magna precabor:
THARIADÆgas, HENOCHIDÆq;
(dies.

GREGOR. RICHTERUS.
Gorlicensis.

Ad Dn.
M. GEORGIUM THEODORUM
&
MARTHAM GERLACHIAM
Spons.

*Pubis eras cultor, nunc ad majora vocaris:
Salvifica Christi est voce colendus ager.
Tu sere dona Dei, sit Martha levamen amaris:
Sit nec ager frugis, sit nec egena domus.*

M. Elias Cüchler P. C.
Rector.

IN SPARTAM ET MARTHAM.

*Εὗγε φίλ', ἀμφοτέροις ιψή χαῖρε μάλ' ἔνεπα δώροις
Ἐκθεῶς ἔχομέν γε τῷ ἔτεσι οὐ φόθεν αὐτῷ,
Ιεῆς τε Σπάρτης, ιψὴ Μάρθης εἰδόθαρίσης.
Εὗγε φίλ' ὁ ΘΕΟΔΩΡΕ; περιπλομένων ἐνιαυτῶν
Τέκνα σχάμφοτέρωσε φίλ' ὄψεα, ἔξοχα χαῖρων,
Αἰδεσίμω τ' ἐφάμιλθα ἐών πατεῖ τῷ μαρτίσω.*

*Ταῦτα μὲν εὔχεσθαι ἐμόν ἐσι, θεῶς δὲ διδοσθαι;
Εὔχομέν ωμοι ηλῦθι διδόσταδε δῶτορ ἐσάων.*

M. Johannes Ludovicus.

A ij AD

AD

Dn. M. GEORGIUM THEODORUM,
Patruum meum,
S P O N S U M.

M. ELIAS THEODORUS,
Pastor in Deutsch-Ossing.

Euvn̄ ydḡ ἀνδρὶ γυναικὶ μορσίμη.

SUADENTUR, dissuadentur connubia frustra:
Quæ fieri fatis largiter ipse probas.
Hic viduam tibi dilaudat, moresque jugales:
In qua quis periit non bibo, dicis, aquâ.
Virgo meum ad gustum, mores quæ ferre meos scit:
Cuique animi illæsus perstat in ore pudor.
Ergo hanc ille tibi, iste tibi prædestinat illam:
Ceures arbitrii solius ista tui.
Ne quicquam. Fors MARTHA tuas, MARTHA, insonat
Per que aures proni pectoris imam petit. (aures;
Cor salit. ignotam tacito igne peris: modò nosse,
Auditæ liceat virginis ora rogas.
Evènit; spectanda datur: pol, protinus inquis,
Aut nulla, aut hæc sit, si qua futura mea est.
O Deus hujus mea damna voti! rata vota:
Spondetur thalamo MARTHA petita tuo.
Et quisnam fatis jungi velit ire negatum
Desponsos? fatis, fœmina virque probant.
Mitia fata novos-nuptos junxere: vovemus,
Sint deinceps nuptis mitia fata novis.

Quam

Quàm benè conveniunt, tectoq; morantur in uno
Uxor gna va domo, vir datus atq; Deo!
Quàm benè conveniunt, lectoq; morantur in uno
Cum Theodoro uxor conjugē Martha suo!
Tu, THEODORE, Tuæ Theodorus adesto marita:
MARTHAq; in amplexus sedula Martharuet.
Istalares etenim curabit provida nutrix:
Tusimunus ages nocte dieq; viri.
Munus ages; sociam affectu, curaq; vicissim
Explicitā, & stabili nosse fovere fide.
Sed neg Te officium, nec agendi utrumq; voluntas
Deficit: à Jovā nomen & omen adest.
Quis neget ergo Tuas avibus cœpisse secundis
Tetas; felices, quis neget, usq; fore?

Benè precatus

Dn, adfini suo scribb.

M. Martinus Mollerus.

Jocus Nuptialis.

TE quoniam victo, Cypris, THEODORE, triumphat,
Incensumq; suo jungit amore jugo:
Non puto, quàm Veneris, quod sit vis fortior ulla,
Et magè quælædant spicula, quàm CYPRIDIS,
Quodq; Cupidineus sit inevitabilis arcus,
His tandem telis saucius ipse doces.

A iij

Hinc

Hinc quod miles atrox non audet, id audet amator:
Audiat ut nemo & quod cavet, audet amor.
Nunc amor ergo tuus quem audebit, ut audiat alter;
Quam tu, vel videat, quam tua sponsa, cave.
Sed cur celabis quod amas, vel amare vicissim:
Legitimus siquidem non prohibetur amor.
Et frustra nimius pudor hunc celabit amorem,
Quem si non mensis deteget, annus erit.
Itunc & tacitum simulans abstemius astum,
Si forsan poteris facta negare, nega.
Vagitus certe geminum triplicabit amorem,
Celatique prius testis amoris erit.
Sed ne fine focus careat, sit clausula Votum:
Fine quod hic vester sit cariturus amor:
Vester amor plus mellis habens quam fellis, ut unquam
Non fuit, est & erit, qui sine felle torus.

Petri Scorleri GorL.

FATUM CONJUGALE.

En fatum, frater! cunctis ex fratribus unus,
(Qui de Balthasaro sunt genitore sati)
Unus ego patriæ extorris peregrinus in oris
Ascaniis vivo sic statuente Deo.
Et Servesta mihi fato servavit honores
Et templi & thalami, fors dabit & tumuli.

Nempe

Nempe solum haud cunctis licet incoluisse paternum:
 Multis externâ sors sua floret humo.
Sed te spirantem & sperantem hic munia templi
 In patriam retrahit provida cura Dei:
Atq; scholæ cathedram, mox templi rostra recludit:
 Jamq; parat thalamum pronubis ipse Deus.
Quam nunquam vitæ sociam tibi finxeris, ecce
 Ingreditur thalamum Martha pudicatum.
Non hæc eveniunt trini sine Numine Jovæ:
 Res est divini plena favoris amor.
Onimùm felix, ô terq; quaterq; beatus!
 Quem beat è cælis gratia trina Dei.
Nemibi, ne quisquam fatum hoc velit esse negatum:
 Adducit Sponsam cuilibet ipse Deus!
Fata regunt homines: Fati mirabilis ordo:
 Ofatum, Fatum hoc qui negat esse Dei!
(Ergò datam dio Fatorum munere sortem
 Consortemq; tori, Sponse beate, cape.)
Ergò tibi triplici Fatorum nomine grator
 Depatriâ atq; toro gratulor, atq; choro.
Patriate patrio foveat pia semper amore:
 Sit sine lite torus, sit sine lite chorus.
Hæc precor, ô Germane, tuas me visere tædas
 Sparta, locus, morbo languida membra vetant.

Melchior Theodorus Servestæ
ad B. Bartholomæi (ut vocant)
verbi divini minister f.

Dia-



Dialogus Nuptialis.

CASTORIS & POLLUCIS.

P. Sponse, quid insanis, quis te malus abstulit error,
Ex una ingeminis quod juvat ifse scholas?

Nam crucis & lucis sacrata palestra vocantur
Fæderas sacra tori, munia sacra chori.

C. Insanus non sum, nec me malus abstulit error:
Sic fuit infatis: namq; gemellus ego!

P. Spargere cur potius cœlestis semina verbi,
Quām, juvat, in patriâ delituisse scholâ?

Cur juvat indulgere sacris, juvat usq; morari?

C. Sic fuit infatis: namq; γεωγεώς ego.
A teneris sensime ad munia sancta vocari,

Munia ruricolis equiparata viris.

P. Rura quoq; oblectant & agri te cura colendi?

C. Sic fuit infatis: namq; γεωγεώς ego.

P. Cur geminum voluit te, frater, Jova Georgum?

C. Sic fuit infatis: namq; gemellus ego.

Alter ager cœlestis HOMO, terrenus at alter:

Cæli anima est, terræ corpus, utrumq; Dei.

Ceu semen, sub humum sic corpora nostra seruntur:

Salvificum semen portio dia capit.

Agri cura mihi placeat pecorisq; colendi:

Sed prior æternæ cura salutis erit.

Humani nihil exstat humili quod non sit humandū:

Natus humo sub humum rursus humatur ho-
(mo.

Altius

Altius ergò polo assurgat vis Entheamentis:
Vivitur in cælis: cetera humantur humo.
P. Ante alias cur MARTHA placet, cur MARTHA pla-
C. Sic fuit infatis: namq; yeweyōs ego. (cebit?
Mille trahit secum curas & mille labores
Agrorum & gemini cura laborq; gregis.
MARTHA domignava est, studiosa est MARTHA ma-
MARTHA mihi privægnara magistra rei. (riti,
Seu me fortè premet res dura, domestica cura:
Sedula MARTHA mihi grandejuvamen erit.
Seu me prima premet, curarum cura docendi:
Sedula MARTHA mihi dulce levamen erit.
Sive pedes laqueo Satanæ tentante trahentur:
Relligiosa mihi MARTHA juvamen erit.
Seu me dura premet, seu me fors optima tollet:
Omnibus auxilio MARTHA subire potest.
Seu celebrare Deum precibus cantuq; juvabit:
Tunc pia MARTHA mihi dulce juvamen, AMEN.
Rebus in adversis pia mens & grata secundis,
Hæc verè dici vita beata potest!
O fortunatum nimiùm, tua si bona noris
Agricolam! ô Sponsam suscipe dñe qd. & eis.
O fortunatam nimiùm, tua si bona noris
Sponsa; tuum Sponsum suscipe DOROTHEUM.
Gaude & plaudet uâ sorte & consorte, GEORGI!
MARTHULA chara tua est; MARTHULA chara caro.
Tinctagenas niveo, misto, candore, rubore
MARTHULA tingenda est, chartula chara, tibi!
B Gaude



Gaude & plaudet uâ sorte & conforto GEORGI!
Meḡ beet simili sorte JEHOVA, vove.
Dissimile in nobis nihil est, paria omnia, solo
Differimus numero: nos duo namq; sumus!
Vivite Nestoreos concordes suaviter annos:
MARTHA domûs esto firma columna tuæ.
Et templi & thalami & patriæ tibi grator honores:
Sit fæcundus ager sit q; secundus ager.
Sponse, tibi triplicis sit agri nova cura colendi:
Mundus ager Domini, MARTHA novellus ager.
MARTHULATot producat ager benè cultus aristas:
Tres (novares!) tulerunt quot genitoris agri.

Fratri suo charissimo ευνυφίαν
ex animo precatus f.

Fridericus Theodorus GorL.
Scholæ Cament. Corrector.

U Nanimis nuper voluit, Theodore, Senatus
Te Christi sacrum ritè docere gregem.
Nunc tibi connubio viridem sociare puellam,
Et blandam sobolem gignere cura sedet.
Euge placet, placet ista tuæ sententia mentis,
Quæ connata bonis mentibus esse solet.
Nempè hoc te pacto cupis assimilare Parenti,
Et patriæ magnum currere laudis iter.
Ille Dei præco meruit præclarus haberis,
Commissasq; almo nectare pavit oves.

Ille



Ille parens multos vidit natosq; nepotesq;
In servire Scholis, qui valeant q; Sacris.
O fortunatum Patrem, qui divite cornu
Mult a solo fudit commoda, mult a polo.
Et te felicem laudati patris alumnum,
Qui Genitori aequis passibus ire studes.
Scande bonis avibus Cathedram, castumq; cubile,
Aspiret cæptis aura secunda tuis.
Fac numerosa colas magno plantaria cælo,
Fac videoas socij pignora multa tori.
Sic pastoris ages munus, fidig Parentis,
Sic geminæ laudis candida puncta feres.
Amoris & honoris ergò faciebat

Gregorius Scheffer.

Non aurum, smáragdosvē, Jaspidasvē,
Sed pium, THEODORE, mitto votum;
Votum quod smáragdos potest & aurum,
Suâ vincere dignitate: quodq;
Jaspidas poterat vincere, & Beryllos.

Rector Nobilis hujus Universi,
Quem Sacrūm celebrat labos virorum
A mirā Bonitate & Æquitate,
A vi Consiliiq;, JudicIq;, &
A cunctarum Opulentitate rerum,
Tot donet tibi, Sponse, Faustitates:
Tot donet tibi, sed Beatitates,

B ij

Sponsa



Sponsa mustea, blandicella Sponsa,
Quot optare sibi ipse Faustitates,
Quot optare sibi Beatitates
Possit optimus una & impetrare,
A Regum Domino, Deumq; Rege.

An non curticulis tibi phaleucis
Plus ego, THEODORE, sum precatus,
Quam si carmina mille protulisset,
Rerum inania, nulliusq; succi?

Amoris & honoris
ergo f.

Johannes Major Scholæ
GorL. Collega.

Esto profane procul, procul esto quisquis Iesu
Verba professuris conjugas sacra vetas.
Obliget illa pios nunquam lex impia, non vos
O Christi mystas obliget illa, rogo.
Conjugium vobis sit sacrum: ducite sponsam,
Ducite, non etenim est res mala conjugium.
Hunc pudet esse hominem, si quem pudet esse maritum:
Esse pudet sponsum, quem pudet esse pium.
Hoc tecum semper reputans, venerande Magister
Friedersdorfficolum gnarus Eusebiæ.

Euseb



Eusebiæ illius quæ homines cœlestibus alis
Scandere subiectos templa beata docet.
Hoc inquam reputans Martham tibi jungere tentas
Lilia quæ vincit, quæq; nitore rosas.
Marthula quæ tua, te pectusq; & lumina pascit,
Quæ tua te totum surpuit una tibi.
Ergo fatalis cum cœlo effulgeat alto
Lux thalami: est numeris Musa datura preces.
Nam quæ thura Deo exiguâ litat æger acerrâ
Non minus ac patula reddita lance juvant.
Persarum Regi dum sors meliora negaret,
Ruricola palmis hausta probatur aqua.
Et mea Musa tibi tantum debere fatetur,
Quantum vel ditum solvere nemo potest.
Sunt equidem benefacta in nos scio magna parentum;
Sed præceptorum his sunt meliora tamen.
Illi ut vivamus faciunt tantummodo: verum
Hi quoq; vivamus quaratione docent.
Ergo quanta alimenta animi meliora caducis,
Tantum doctorum laus quoq; major erit.
Sic sensit Macedo Boreæ vastator & Euri:
Sic sensere alijs: sentio sic & ego.
Atq; tuo latus divino grator amori:
Ut nunquam moveat bella rebellis amor:
Ista Deo grata est sociæ conjunctio vitæ:
Quâ fit sublatâ tristis amaror amor:
Gratia vos junxit, vos mutua gratia firmet:
Haec lux est thalami: sera sit ast tumuli.

Chronodistichon continens annum,
mensem & diem nuptiarum:

*Lvx Vbi IanVarII CœLo bIs qVarta reLvxIt:
Martha GeVrgI tVnC IVngItVr eCCe tIbI.*

Gregorius Teschnerus
scholæ patriæ alumnus.

Votum.

*S*trenuastrena Tibi his Jani, Theodore, Calendis
Cum venit in thalamum sponsa pudica, datur.
Nil mea Musa Tibi, præter gratantia vota,
Addit: quæ faciat pondus habere Deus.
Exulet à vestris procul hinc Morbonia tectis:
Pax alis cingat candida Divatorum.
Det Deus, ut multos annos numerare queatis;
Et vestram multâ prole beare domum.
Unanimi Tibi sit concordi & pectori juncta;
Quæ fax virginei lausq; decusq; chori.
Digneris, Deus omnipotens, plura addere paucis;
Et mea multiplices vota favore tuo.

Adponebat gratitudinis
ergò

Theophilus Schöfferus
Scholæ Gorlicensis tūm
temporis alumnus,

Spon-



Sponsus Sponsæ.

DEliciae, mea MARTHA, mea, mea magna voluptas,
Constantes dulci redde in amore vices.

Sponsa respondet.

Mein solt ihr sein vnd bleiben /
Allhie in dieser Welt:
Es sol vns niemandt scheyden /
Dann Gott / wenns ihm gefelt.
Ob vns schon viel thun neyden /
Wer achts? Den preyß behelt
Gott's Segen/ vnd vns bleibet:
Dem sey alls heimgestelt.

Idyllion ad Dn. Sponsum.

Clavem, Sponse, quidem gestas cum nomine: jure
Papa autem proprio legitimo q̄ gerit.
Quod si Papa suum repeatat gestamen avitum:
Qui poteris sponsæ vir bonus esse tuæ?
Sint aman obtineas Papâ indulgente: fatere;
Clavis materies æs ne sit anne caro?
Si caro; dic sodes, Hymenæo & dignus abibis:
Hæc clavis tentet quam reserare seram?

Placentinus de Boncompagnou.

F I N I S.





Id 4206
8°

ULB Halle
004 167 287

3



f
Sb

+90
SIE. 18 u. 25 nicht in PIKA,
da Hochr.

EO-Bg-

Jul. 01


Ec 14
24. VD 17 Me



B.I.G.

Farbkarte #13

| | | | | | | | | | |
|-------|-------|---------|-------|---------|-----|--------|-------|------|------|
| Black | White | 3/Color | White | Magenta | Red | Yellow | Green | Cyan | Blue |
|-------|-------|---------|-------|---------|-----|--------|-------|------|------|



ale,
EODORI,
s. Viri
s Primarij
stri per annos
i p. m. F. &
na Pasto-
ACHII
alia,
itum, & Fautorum,
itulationibus
XCV Debant.

915